



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Monita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Qui Vicarius, & notario, & alijs etiam, qui eo in genere operam nauauerint, debitam mercedem statim persolui iubeat, cancellariæ pecunia, alia ve ratione, ac si necessie erit, ex arario multarum.

M O N I T A.

Executionis Decretorum, quæ ad bona Ecclesiastica pertinent.

Tit. 3. dect.

41. pag. 72.

DE bonis ecclesiasticis melioribus reddendis, præstetur, quod decretum est in concilio provinciali secundo. In qua re Visitatores omni diligentia ratione, etiæ fructuum sequestro illud cuarent, ut ea bona vbiq; illorum, qui beneficia obtinent, impensis, querentes opus est, meliora redditant onus.

De syngraphis, aut confessionibus locationum, liuellorum ecclesiasticorum, publico instrumento conficiendi, ex decreto concilij provincialis secundi.

Id præstetur multæ penitentie constituta remissionis dimidiae partis fructum versus anni.

Hecq; omnis executio Visitatoris sit, & Vicarij diœcesani.

De mendicantibus.

CONTRA médicos nulla inualexidine morbove affectos, & alios quoquacunq; qui sine facultate scripta elemosinâ in diœcesi queritant, Vicarius foraneus agitatq; ut istorum desidiae, & nequitiae, vel malitia potius consulatur, ad congregationem mendicantium referatur.

Idem ab eo præstetur contra illos, qui sine ea facultate elemosinam monialiū nomine in diœcesi conquirunt: & præterea contra moniales ipsas, quæ alienæ diœcesis sunt.

De capsulis, vasculo, mësa, sine facultate scripta nō expôndis ad usum colligendi elemosinas, id omne p̄stetur, qđ sancitù est in concilio provinciali quart.

Id ipsum omne, tū de facultate scripta, tum de duabus clauibus, seruetur, & præstetur itidem de capsulis, seu busulis elemosinarijs, qui aliquius, vel ecclesiæ, vel scholæ, vel loci pij, vel alterius pii instituti per urbem diœcesimve circumferuntur.

Quæ capsulae elemosinariæ cõfessæ sint

ad prescriptum formulæ nostræ, ac præterea à deputato nostro obsignatae s. Ambrosij.

Alioqui Vicarius diœcesanus, & præterea Visitator regionarius urbis illas auferri; & qui easdem circumferunt, puniri current Vicarius noster, & Generalis, & Criminalis: cui utrique hanc causam delegamus.

De Regularibus.

VICARIO diœcesano, aut parochio, antequam regulares ad elemosinas in Vicariatu viciniaq; parochiali conquirendas admittantur, eorum facultas exhibeatur.

Is autem omni modestia videat, an universè, an vero speciatim ad certa loca tantummodo ea facultas pertineat: sicque ne limites facultatis ab ijs excedi patiatur.

Parochus aut si quid in ea re dubij erit, Vicarium diœcesanum consulat.

Vicario vnicuiq; diœcesano facultatem delegabimus agendi contra regulares delinquentes in casibus, in quibus contra eos agere Episcopus potest de iure, tam auctoritate ordinaria, quam ex Concil. Trident. alterve delegata.

Qua tñ facultate Vicarius diœcesanus vtratur omni moderatione, & prudetia.

Quæ generatim ad hæc monita pertinent.

QUÆ C V N Q V E executio inferioribus delegata est, eadē superioribus etiā cōnūlla cōseatur; ita ut quæ parochi præstare debet, in illis ipsis exequēdis Vicarius diœcesanus, & Visitatores, & Vicarij superiores, pro suo quiq; officio incumbant diligenter.

Quicunq; monitis, decretis, eorumque executioni non paruerint, etiam vbi in illis ipsis certa pena constituta est, alia præterea penam subeant arbitrio Vicarij Generalis, aut Visitatoris.

Multæ penæq; in tabella cōstitutæ, quæ de erratorū multis iampridem edita est, si in hoc monitorum decretorumq; libro grauiores sanctæ nō sunt, quam in ea ipsa erratorum tabella, ut ad eiusdem tabule prescriptum persoluantur, officium curaq; sit vniuersitasq; Visitatoris, & Vicarij diœcesani.

EDICTA